~~115~~ 198

Vir Reverendiſſime,

Hisce rogare Te volui, ut mihi ad paucos dies comodare velis, L'Histoire de l'Academie Royale des Sciences A. 1718. Libenter Tibi remitterem Historiam Academiæ Regiæ Anni 1704. cum vero in illo Tomo agatur de Cyclo Gregoriano, quæ non dum omnia perlegi, illum adhuc apud me retineo, ~~[illegible]~~ quia, ut ſpero, id ſine incomodo Tuo fieri poteſt. Accepi literas à Dno. De l'Isle juniore quas D. 1 Nov. ad me dedit. Mentionem facit in illis Cometæ, quem etiam Pariſiis obſervarunt. Verba ejus hæc ſunt:

„On appercoit ici une petite Comete qui a paſſé le 29 Oct. au ſoir dans
„le parallele de l'étoile θ qui est dans la main d'Antinous; dans cette
„ſituation l'etoile a precedé la comete de 12 min. ½ de tems. Londini illum primo obſervarunt Die 27 Octob. Ego vero illum inveni Die 19 Octob. Etiam Norimbergæ obſervatus est Cometa.

Berolini d. 16 Nov.
1723.

Christfr. Kirch.